

## Band I., Nr. 230, Seite 273-274

*König Heinrich IV. schenkt der bischöflichen Kirche in Speyer auf  
Verwendung seiner Mutter Agnes das Gut Sülchen im Süllichgau.*

Worms, 1057. April 5.

(Chr.) In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus, divina favente clementia rex. Si de temporalibus nostris bonis aecclesias dei aliquatenus ditaverimus, id ad animarum salutem et ad regni nostri stabilitatem vere indubitanterque profuturum esse credimus. Unde quique nostri fideles, tam futuri quam presentes, noverint, qualiter nos pro remedio animarum beatę memorię parentum nostrorum Chönradi et Gisele, nec non et patris nostri Heinrici, Romanorum scilicet imperatorum augustorum, ob interventum dilectę matris nostrę Agnetis, imperatricis augustę, et ob fidele servitium dilecti nostri Chönradi, sanctę Spirensis ecclesię venerabilis episcopi, quoddam predium, Svlicha nominatum, in pago Svlichgovve, in comitatu Hessonis comitis situm, ad altare in honore sanctę dei genitricis Mariae in prefata aecclesia dedicatum, cum omnibus appendiciis suis, areis scilicet, aedificiis, utriusque sexus mancipiis, terris cultis et incultis, viis et inviis, exitibus et redivibus, que sitis et inquirendis, pascuis, compascuis, aquis, aquarumve decursibus, molis, molendinis, piscationibus, silvis, venationibus, et cum omni utilitate que ullo modo inde poterit provenire, donavimus atque in proprium tradidimus. Ea videlicet conditione, uti prefatę ecclesię episcopus quotannis in anniversariis diebus felicis memorię avorum nostrorum Chönradi et Gisele, Romanorum scilicet imperatorum augustorum, universis congregationibus deo ibidem servientibus plenum servitium inde exhibeat, nec non et elemosinarum consolatione pauperum inopię succurrat. Et ut hec nostrę auctoritatis traditio inviolabilis omni aevo permaneat, hanc kartam inde conscriptam proprię manus astipulatione confirmantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici (*Monogramm*) quarti regis invictissimi.

Uuinitherius cancellarius vice Liutpaldi archicancellarii recognovi. (*Siegel.*)

Data nonis Aprilis, anno dominicę incarnationis MLVII., indictione X., anno autem domni Heinrici quarti regis, ordinationis eius tertio, regni vero primo. Actum Wormatie in nomine domini feliciter. Amen.

## II

Der Textabdruck folgt dem Original.

Ebenfalls im GLA Karlsruhe findet sich eine Abschrift im *Codex minor Spirensis* vom Ende des 13. Jahrhunderts, fol. 54, sowie eine zweite Abschrift im *Codex maior Spirensis* des 15. Jahrhunderts, Bd. 2, fol. 123.

Das aufgedruckte Siegel gut erhalten und mit der Umschrift HEINRICUS REX versehen. Der noch jugendlich aussehende König sitzt auf dem Thron und hält in der rechten Hand das Zepter mit einem Vogel auf der Spitze, in der Linken trägt er den Reichsapfel.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

GLA Karlsruhe

### Signatur/Titel des Originals:

A 93

### Editionen:

CARL GEORGE DÜMGÉ: Regesta Badensia. Urkunden des Großherzoglichen Badischen General-Landes-Archives von den ältesten bis zum Schlusse des zwölften Jahrhunderts, die im Drucke bereits erschienenen nach ihrem wesentlichen Inhalte mit Anzeige und kurzer Wür, S. 106, Nr. 52 (nach dem Original). UB Bischöfe Speyer, Bd. 1, S. 46, Nr. 45 (nach dem Original). Sybel/Sickel: Kaiserurkunden, Lief. 2, Taf. 17 (Faksimile). MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA. DIE URKUNDEN DER DEUTSCHEN KÖNIGE UND KAISER, BD. 6: Die Urkunden Heinrichs IV., bearb. von Dietrich von Gladiss und Alfred Gawlik, Berlin (Teil 1), Weimar (Teil 2) bzw. Hannover (Teil 3) 1941-78, S. 13 f., Nr. 10.

### Regesten:

KARL FRIEDRICH STUMPF-BRENTANO: Die Reichskanzler vornehmlich des 10., 11. und 12. Jahrhunderts, nebst einem Beitrage zu den Regesten und zur Kritik der Kaiserurkunden dieser Zeit, 2 Bde., Innsbruck 1865-83. [Bd. 2: Die Kaiserurkunden des X., XI. und XI. , Bd. 2, Nr. 2538. Regesta Imperii Abt. 3, Bd. 2, S. 36, Nr. 98.

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Worms

### Ortsindex:

Speyer, SP

Sülchen, Rottenburg am Neckar, TÄœ, W

Sülchen Wohnplatz (16189)

IV

Sülchen, Rottenburg am Neckar, Tü

Sülichgau

Worms, WO